

Band VI., Nr. 1676, Seite 78-79

In Folge von Beschädigung des Hofes des Speyrer Kapitels zu Horrheim durch den Ritter Konrad von Meimsheim verpflichtet sich der Graf von Vaihingen, das Kapitel in seinen Rechten und Privilegien daselbst weder selbst noch durch andere zu beeinträchtigen und anerkennt noch außerdem dessen Zehentrecht in Gündelbach.

Ohne Ortsangabe, 1262. September.

Cum Cunradus miles de Megensheim¹ capitulo ecclesie Spirensis in predio suo Horheim multa dampna, rapinas et incendia intulisset et nobilis vir dominus comes de Vehingen se de reconpensa huiusmodi dampni intromitteret, tandem habito consilio prefatum capitulum cum predicto comite taliter concordavit, videlicet quod iam dictus comes ad quelibet, que subnotata sunt, servanda corporali se astrinxit^a iuramento. Primo quidem ab eodem comite iuratum est, quod iura et libertates prefati predii, que per testes et privilegia possunt demonstrari, nec per se nec per alios in occulto seu manifesto violabit, sed eas bona fide sine dolo et fraude inviolabiliter conservabit nec eisdem bonis ecclesie Spirensi attinentibus ullam^b inferet vel inferri procurat molestiam aut iniuriam. Colonus autem dicte curie ab omni exactione et infestacione liber erit, nisi titulo proprietatis attineat dicto comiti, et tunc extra curiam eidem comiti serviet racione persone. Nec ipse comes aliquas herberias faciet in prefata curia nec fieri procurabit nec aliqua servicia extorquebit^c a curia memorata. Preterea decimam in Gindrathebach in monte qui dicitur Liedeberch prefato capitulo Spirensi cum suis iuribus et appendiciis recognovit, renuncians omni iuri et accioni, si qua sibi in eadem decima competere videbatur, hac adiecta condicione, quod si rector ecclesie de Ensingem, cui ecclesie dicit eandem decimam attinere, agere vellet super eadem decima, dictum capitulum ei paratum esse deberet exhibere iusticie complementum. Ut autem prenotata^d magis robusta consistent et firmiora, sepedictus comes hos dedit in solidum fideiussores: nobilem Godefridum de Nifen, Erkengerum, Cunradum, nobiles de Magenheim, Heinricum de Enzeberch, quod, si

^aDie Vorlage hat fälschlich: *astrinzerunt*.

^bDie Vorlage hat fälschlich: *nullam*.

^cDie Vorlage hat fälschlich: *extorquet*.

^dDie Vorlage hat fälschlich: *prenotata*.

¹Sicher eher Mönshheim, Mönshheim, PF, als Meimsheim, , Brackenheim, HN, für das in dieser Zeit eher der Name *Meinbotsheim* gebräuchlich ist, vgl. Urkunden Nr. 1364, WUB, Bd. V., S. 132–133, und Nr. 1570, WUB, Bd. V., S. 327–328.

II

ipse comes proprie salutis et honoris inmemor aliquod predictorum infringere presumpserit ac violare et nisi conmonitus^e super hiis infra mensem *non* satisfecerit, dicti fideiussores^f more fideiussorum Spire iacebunt non egressuri, quousque predicto capitulo Spirensi pro centum marcis argenti ecclesie prenotate nomine pene solvendis satisfaciat. In cuius rei testimonium presentes littere sigillis dicti comitis et fideiussorum communitate sunt.

 Actum et datum anno domini millesimo CC. LXII., mense Septembris.

—

Nach dem Codex minor Spirensis im GLA Karlsruhe, fol. 15 a.

^eDie Vorlage hat fälschlich: *conmonitis*.

^fDie Vorlage hat fälschlich: *fideiussore*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/448 fol. 15 r

Editionen:

Remling: Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 295.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ensingens Wohnplatz (1114)
 Ensingens, Vaihingens an der Enz, LB
 Enzbergs Wohnplatz (7061)
 Enzbergs, Mühlackers, PF
 Gündelbachs Wohnplatz (1116)
 Gündelbachs, Vaihingens an der Enz, LB
 Horrheims Wohnplatz (1117)
 Horrheims, Vaihingens an der Enz, LB
 Magenheims Wohnplatz (1899)
 Magenheims, Cleebronns, HN
 Mönshaims Wohnplatz (7054)
 Mönshaims, PF
 Ruine Hohenneuffens Wohnplatz (408)
 Ruine Hohenneuffens, Neuffens, ES
 Speyers, SP
 Vaihingens an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingens an der Enz, LB